



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

**Tit. 40. De consecratione Ecclesiæ vel Altaris.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

monetari, non tam noviter repertas, quam nimis exercitatis, inquit Zyp. h. t. num. 9. in fine.

4. Deinde notandum, quod utrum contra procurationem non potest prescribi, &c. Ex officiis sup. De præscript. ita nec contra ius Cathedraticum aut subsidium charitativum: quamvis contraria consuetudine introduci possit, ne solvantur, ut constat ex Concil. Trid. Sess. 24. cap. 3. ubi vult visitationem gratis fieri, ubi ea consueto modo est, ut nec virtualia, nec pecunia, nec quidquam aliud a Visitatoribus accipiantur: si quidem multa per consuetudinem tolli possunt, quæ nequeunt per præscriptionem, Zicrola d. loco ad 4. cum multa etiam requirantur ad præscriptionem, ut v. g. titulus, bona fides &c. quæ non requiriuntur ad consuetudinem.

5. Notandum tertio, quod facultas visitandi, quæ datur a Concil. Trid. Sess. 6. cap. 4. & Sess. 25. cap. 6. detur cumulatively, non verò privatim, d' est cum aliorum exclusione. Ideoque si qui ex jure vel ex consuetudine potestatem habeant visitandi, poterunt ea uti, si velint, aut cum Episcopo, aut seorsim ab eo, quando voluerint visitare, ex congregat, Interpp. Concil. Gorzales ad Reg. VIII. Cancell. parag. proœmialis 2. num. 21.

6. Notandum quartò, quod dum Sess. 7. cap. 8. & Sess. 21. cap. 8. datur Ordinario potestas visitandi quodammodo quacumque Ecclesiæ, etiam quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolica, sub nomine Ordinarij intelligentur etiam Abbatibus, similesque Monasteriorum Praefecti, ut proinde visitare suas Ecclesiæ possint: quia sub nomine Ordinariorum etiam inferiores Ecclesiarum praefecti intelliguntur, qui jurisdictionem habent, non itidem sub nomine Diocesani, ut ex Azorio Institut. moral. lib. 12. cap. 18. notat Zyp. h. tit. num. 7. Ubi sub-jungit, quod cum videatur esse repugnantia quedam inter cap. 8. Sess. 21. cui congruit cap. 10. Sess. 24. ubi statuitur, ne u'la exemptio visitationi Episcopi obstat possit, & inter cap. 20. Sess. 25. de Regularib. ubi contra statuitur, ut Abbatibus, que sunt Ordinarii capita, & alij praedictorum Ordinum Superiorum, Episcopis non subditi, quibus est in alia inferiora Monasteria Prioratus vel legitima jurisdictione, eadem illa subdita sibi Monasteria & Prioratus suo quique loco atque ordine ex officio visitent, etiam si communi-

data existant. Clemens VIII. ex Sententia Sacra Congregat. 20. Junii 1595. pro Monasterio Cisterciensis Ordinis utriusque sexus datis litteris declaravit, non licere Ordinariis Monasteria dicti Ordinis visitare, nisi juxta præscriptum decreti Sess. 21. cap. 8.

7. Denique ex eodem Concil. Trid. Sess. 24. cap. 3. 5. Interimque cœvantes, videndum, ne Episcopi, dum visitant, & qui in eorum sunt comitatu, inutilibus sumptibus cuiquam graves oneris sint, neve ipsi, aut quisquam suorum, quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad piros ulius, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiunt; non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili. Exceptis tantum virtualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque, pro temporis tantum necessitate, & non ultra, erunt ministra: sic tamen ut sit in optione eorum, qui visitantur, an maliter solvere id, quod erat ab ipsis ante certa pecunia taxata consuetum solvi, an verò prædicta virtualia subministrare: salvo item iure conventionum antiquarum cum Monasteriis, alijsve pijs locis, aut Ecclesijs non Cathedralibus inito, quod illorum permanere debeat.

## TITULUS XL.

### De consecratione Ecclesiæ vel Altaris.

1. Ecclesia & Altaria consecranda ab Episcopo.
2. Et semel impensa consecratio non repetitur.
3. Quo pacto probetur Ecclesiam consecratam esse.
4. Quibus casibus iterari possit consecratio vel non.
5. Quibus casibus reconcilianda sit Ecclesia.
6. Ecclesia pollutâ, constitutum pollutum remitteri, non contrah.

Ad

**A**d plenum jus patronatus non sufficit, Ecclesiam esse fundatam, constructam, & do-  
taram, sed insuper requiritur, ut sit consecrata:  
justa proinde ratione hic Tit. subiectus, De con-  
secratione Ecclesia vel Altaris; præsentim cum  
immunitates & census, de quibus antè egit  
Pontifex concedi & imponi soleant in ipsa con-  
secratione,

1. Ecclesia igitur legitimè exstructa, prius-  
quam sacris ministerijs seu mysteriis deputetur,  
ne divino cultui mora injiciatur, quantocius  
consecranda est à dioecesano Episcopo, can.  
Ecclesiæ XVI. q. 7. cap. 1. sup. De religiosis domi-  
nab. alio, de dioecesani mandato, c. Aqua pen-  
ult. h. tit. Non autem à simplici aliquo Sacer-  
dote, ne quidem de mandato Episcopi: quia  
consecratio Ecclesia est ordinis Episcopalis, &  
proinde nequit demandari Clericis inferioris  
gradus, d. c. penult. Pari modo consecranda  
quoque sunt Altaria lapidea, in Ecclesia con-  
stituta, sive plura, sive unum, sive eodem die &  
simul cum Ecclesia, sive diversis & seorsim; si-  
cute eodem die licet plures Episcopos consecra-  
re, c. 5. h. tit. Neque enim ex consecratio  
ecclesiæ sequitur Altarium consecratio, c. 1.  
hoc m.

Debet autem hæc consecratio fieri inter  
Missarum solerteria, can. 2. & can. De fabrica.  
De consecrat. dist. 1. & ritus omnes in Pontifi-  
cali præscripti necessarij adhibendi sunt, Piafec.  
I. p. cap. 2. art. 4. num. 9. Idque ex Ecclesiæ præ-  
cepto aut conlectudine: & propterea rata &  
firmata manabit consecratio, facta sine Missa sa-  
craicio. Quolibet verò die, sive festo sive pro-  
fano, consecrari Ecclesia potest, cap. tua Frater-  
nitas 2. h. t.

2. Semelque impensa consecratio, instar ba-  
puim non repetitur, can. Ecclesiæ 20. d. dist. 1.  
ne quidem eo casu, quo Ecclesiæ, illæsis parieti-  
bus, vel in toto vel pro majori parte corruit, c.  
Lignæ 6. & ibi Gloss. h. t.

3. Quod si de Ecclesiærum vel Altarium  
consecratione dubiterit, nec de ea scripturæ  
appareant, vel testes existant, consecrari eas o-  
portet, can. Ecclesiæ 18. d. Distinct. 1. Creditur  
verò dicto unius testis, qui dicat fuisse conse-  
cratam, sive de visu, sive de auditu. Vel si ap-  
pareat nota aliqua in libris Ecclesiæ, vel in pa-  
riete, seu aliqua tabula marmoria, judicatu-  
fuisse consecratam. Hujusmodi enim semiple-

næ probationes tunc sufficiunt, quandocumque  
nemini sit prædictum aliquod, can. Solem-  
nitatis 16. juncta Gloss. in 1. scriptura De conse-  
crat. Distinct. 1. Piafec. d. locorum. 5. & 6. Si  
autem dubitetur, à quo consecranda aut dedi-  
canda sit Ecclesia, seu in cuius sit dicecesi, con-  
secrabitur ab eo, Episcopo qui ibidem prius Ep-  
iscopalia exercuerit, cap. 1. sup. De religiosis do-  
mibus;

4. Ecclesiæ verò exusta ( ita scilicet, ut pa-  
rietes combusti, diruti, vel totaliter aut pro ma-  
jore parte decivitati sint ) aut diruta ( ita ut  
parietes ex toto vel pro majori parte corrue-  
rit, ac deinde in eandem vel similem formam  
ex iisdem lapidibus restituat, iteranda conse-  
cratio est solemnitas, d. can. Ecclesiæ 20. &  
can. De fabrica 24. Distinct. 1. Secus si tecum  
fuerit exustum aut diutum, d. c. Lignæ 6. h. tit.  
Piafec. d. loco, ubi tradit, id totum pendere à ju-  
dicio Episcopi: quia consecratio consistit  
in parte exteriori parietum, qui chismate li-  
niuntur & in quibus signum Crucis appon-  
tur.

Sed neque iterum consecranda est Ecclesia,  
si successivis temporibus partes eius exemptæ  
fuerint & reparatae, sed sufficit apercio aquæ be-  
nedictæ, d. can. De fabrica: quia semper eadem  
intelligitur Ecclesia, idque ne facile contingat i-  
terari consecrationem. Altari verò violato, id  
est si vel loco motum fuerit, vel lapis illi im-  
positus, qui sigillum continet, contractus aut di-  
minutus ipsum Altare, non Ecclesia, iterum con-  
secrari debet.

5. Quid si Ecclesia consecrata per iniurio-  
sam sanguinis, etiati Martyris, aut seminis hu-  
manis, effusionem, sive licitam sive illicitam.  
Piafec. d. loco num. 7. versic. Item polluitur per c.  
fin. h. t. aut per sepulturam pagani, haereticorum, ex-  
communicati, polluta fuerit, cadavere eiusmo-  
di exhumato, si discerni possit, non quidem  
iterum consecranda, sed reconcilianda est ab  
Episcopo aspergente aquæ solemniter cum vi-  
no & cincere per eundem benedictæ, quod divi-  
na officia in ea resumi possint, c. Propositi 4. c.  
Aqua 9. & alii h. t. c. uniso eod. in 6 Piafec. d.  
locorum. 7. Quod receptum est in terorem de-  
linquentium: & ideo ob occultam pollutionem  
Ecclesia non indiget reconciliationem,  
Piafec. Ibid. vers. la omnibus. Ecclesiæ verò

in qua cadavera infidelium sepeliuntur, conser-  
vare non licet, sed si apta videatur ad conse-  
crandum, non nisi evulsis inde corporibus, era-  
sis parietibus & tignis, trædificanda & cose-  
cranda est, can. Ecclesiam 28. De consecr. Distinct.

1. Dixi, per injuriolam sanguinis effusionem;  
quia sola talis Ecclesiam polluit, d.e. unico eord. in  
2. non si casu aliquo percussus fuerit quis ad  
sanguinis profundiū, aut si modicus fluat  
sanguis, ex naribus puta percussi, Piale, d.n.7.  
in prime.

Dixi, etiam Martyris; quia licet sanguis  
Martyris Ecclesiam non polluat, sed ornet: ta-  
men Ecclesia polluitur propter persecutoris a-  
ctuorum, q.æ Deo displicet, non ob Martyris  
passionem q.æ D. o est gratissima.

6. Postò Ecclesia polluta, etiam coenete-  
rium, eidem contiguum, censetur esse polurum  
non è converso, ne minus d.g. um & accesso-  
rium trahat ad se magis d.g. um & principale,  
d.e. cap. un. o, juncto cap. Accessorium De R. I. in  
6. Duorum vero plurimū nre eccl. veteriorum,  
sibi cohærentium, s.d. pariete subiunctorum,  
polluto altero, ille cum propter reu. non censetur  
pollutum, licet ab uno ad undū tur accessus,  
d.e. un. o, ubi plenius Gloss. ad V. polluti. Ut au-  
tem Ecclesia postea eon. lari debet, ita & al-  
taria in ea existentia, Panormit. & alii in d. c.  
Proposuisse h. e.

Notandum hic quoque, diem anniversa-  
riū consecrations ex iusta causa posse in aliud  
diem transfecti, prout respondit Sacra Congre-  
gatio Episcopo Bristoniensis 19. Februario 1585.

### TITULUS XL.

## De celebratione Missarum, & Sacramento Eu- charistiae, & diuinis officijs.

§. I. Quid sit Eucaristia, & de mate-  
ria hujus Sacramenti.

1. Definitio hujus Sacramenti.
2. Materia est panis & vinum.
3. & 4. Panis verò triti, eu. axymus non fermentatus,
5. Vinum autem da vito & purum.
6. Cur vinum aqua miscetur.

**C**onsecratio Ecclesiae vel Altaris, de qua  
proxime dictum est, ordinatur ad celebra-  
tionem Missarum, aliaque diuinæ officiæ ac  
principaliter ad consecrationem Eucharistie,  
qua non nisi in Ecclesia vel Altari consecrato  
celebrari debent. Acturusque de his Pontifex ex-  
ordit ab Excellentissimo & augustissimo Eu-  
charistiae Sacramento, quia illud est Missa fu-  
damētum & caput.

Nomen Missæ dicitur à mittendo, id est vel  
à dimittendo corpus Christianorum ad sacri-  
ficiandum communicandumque congregato, vel  
à transmissa in cœlum hostia, pro nobis apud  
Deum Patrem propitiatoria, nempe ipso Christo  
redemptori nostro pro nobis oblato, itaque  
Missæ pro missione dicitur, scilicet Collecta pro  
collectione. Proba pro probatione. Alii vocabu-  
lum Missæ volunt. scilicet Hebreorum vel Chaldaicu-  
rum, & significare oblationem; quod non videtur  
verosimile Scriptio Epomi, in sua de ante  
quatuor Missæ R. lat. ore.

1. Quod ad Sacramentum Eucharistie at-  
tinget omnis variis nominibus, q.ibus hoc Sa-  
cramentum ob variis resp. &c. s. q. os habet,  
nuncupatur, d. si. iii pot. st. esse Sacramentum,  
continens sub specie panis & vini, vel alterius  
eorum, verum corpus & sanguinem Christi, ut  
colligitur ex e. Martha 6, h. 1. & decreto Conc.  
Trid. de hoc Sacramento Sess. 13. art. 2. & 3. & can.  
1. & 3. Corpus quidem sub specie panis, & lan-  
guinem sub specie vini, ex vi ve horum; ipsam  
autem corpus sub specie vini; & sanguinem sub  
specie panis, animaque sub ut. aque, vi natu-  
ralis illius connexionis & concomitantie, quæ  
partes Christi Domini inter se copulantur; die  
vinitatem vero propter admirabiliter illam que  
cum corpore & anima hypostaticam unionem,  
prout expressè declarat Conc. Trid. d. loco. c. 3.  
Vide can. Species & plures alias. De consecrati.  
Diff. 2.

2. Materia hujus Sacramenti est panis triti-  
ceus vinum de vite, modice aquæ mixtum,  
can. I can. non oportet & can. Cum omnes q. & alii  
de consecr. Distinct. 9. nam Christus in ul-  
tima